Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26934
Copyright: Admont, Benediktinerstift

40
99
coll.

Diemarus de Liehtenstein. Cholo de Truhsen. Otakar de Grez senior. Albo puccerna. Dat apud Grez feliciter.

Nouerint tam presentes quam futuri. quod nos dei gratia Symon sancti Petri in Salzpurch et Wichpoto Admuntensis abbates de consensu utriusque capituli nostri. controversiam que multis inter nos agitata sumptibus et laboribus supperdio cum ukkerinowe tempore non modico fluctuauit. ipso inspirante qui fecit utraque unum. sola karitatis mediante scintilla que iam ignem algoris concepit in tempore intempestiva aquilonis. fraternaliter decidimus compositione. ut nos scilicet abbas et conuentus Admuntensis. persolutione quinquaginta librarum Salzpurgensis monete. quas abbati et conuentui S. Petri tradidimus sumptuum et laborum grauedine. foris strepitum monasterii dissimulante quiete. intando reduximus. hoc nichilominus adiecto. ut idem predium penes monasterium Admuntense sine omni contradictione permaneat. nulla retrahendi uel infirmandi potestate suffraganeis contra hanc compositionis seu transactionis formam uenire attentantibus. Insuper cum predium Admunta dictum in comitatu quondam Adalberonis comitis. in pago Enstitala situm. cum omnibus appendiciis et utilitatibus eiusdem predii adiacentibus. cum patellis salis. patellariisque locis. et familia utriusque sexus. sicut priuilegium Henrici regis uidetur expimere. per sedem apostolicam auctoritate. quasi deducetur in iudicium ex parte abbatis et conuentus S. Petri. contra monasterium Admuntense. sano illius usi consilio. qui cordis secretum cognoscit. medetur uulneribus. languoribus. temporis antiquitate. possessionis